

Man 27  
21  
tur de Silice [A]. Die quoque xxvii<sup>7</sup> juraverunt dicti hostes in campo sub vexillis omnibus Faventinorum obedire mandatis<sup>7</sup>, eis insuper dantes, xx obsides de melioribus civitatis. Post paucos vero dies nostri domum reversi [a] Imolensibus honestissima fecere mandata; quae illi penitus respuentes, juramentis omissis, obsides perpetue in laqueos dimiserunt. *forte*

<sup>a</sup>  
Quando castrum Thenisii fuit captum.

## CAP. CLXIV.

1)  
Anno a Virginis partu mcccviii<sup>7</sup> in mense novembris, cum homines castri Thenisii sive Thoneos [b], nimium confiderent in foveis magnis et profundis, piscibus plenis, et muris et turribus [c] altissimis et scabrosis rupibus, vidissent quod civitas Damiatæ capta esset<sup>7</sup>; eo relicto et timore concussi maximo affugerunt. Quod Christiani postea habuerunt.

<sup>a</sup>  
Quando magister Tolosanus infirmatus est.

## CAP. CLXV.

<sup>d</sup> Anno Domini mcccviii<sup>7</sup> compilerator libri hujus, magister Tolosanus nomine Sanctae Faventinæ ecclesiæ diaconus, dum ad mensam cum fratribus cibum sumeret, nostris exigentibus meritis, permissione divina paralysia morbo percussus, cum sensu loquelam fere amisit [B].

Manch. 21  
Sic V. intrante mense Aprilis aed. u. 1)

Quando episcopus Spirensis, cancellarius domini [d]  
Frederici, venit Imolam.

## CAP. CLXVI.

1)  
Anno a Christi nativitate mcccxx<sup>7</sup> Spirensis et Mezzensis episcopus, cancellarius domini Federici secundi [C] regis Apuliæ, qui et frater Rogerius [e] dicebatur, nepos primi Federici imperatoris, venit in civitatem Imolæ [f]. Ibi fecit convocari omnes principes

[a] domum reversi, C. V.; domo reversi, C. M. — [b] castri Thenisii, sive Thoneos, C. M.; castri Thonisii, sive Thaneos, C. V. Thoncos, legit Cl. Mitt. Vide infra Cap. CLXIX, ubi Thaneos scriptum est. — [c] et turribus, C. V.; et deest in C. M. — [d] Cancellarius domini, C. V.; canzelarius domini, C. M. — [e] qui et frater Rogerius. Sic lego; nam in C. M. est, F. Rogerius. In C. V. vero, qui et P. Rogerius. Sed si Muratorium audimus, nomen illi erat Anselmus. Immo auctor noster etiam eum vocat Corradum, ut infra videbimus. — [f] in civitatem Imolæ. Sic lego. Codd. habent: in civitate Imolæ.

[A] Dicitur de Silice. Nam via, ad quam ducebat, silicibus strata erat.

[B] Quod supra monui, ex hoc capite omnino evincitur, nempe non Tolosani, sed alicujus continuatoris, esse capita quae nunc habemus prae oculis.

[C] Fridericus secundus tunc agebat annum primum ab adscita imperiali dignitate; atque hoc ipso anno Romae fuit coronatus imperator.